UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 73. Cleri Gallicani comitia in oppido sancti Germani de Pratis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67246

Visual Library

§. LXXIII.

Cleri Gallicani comitia in oppido ſancti Germani de Pratis.

Abregé des actes du Clergé de France t. 1. pag. 491.

Henricus III. Franciæ Rex cum rurſus nova exactione ad exhauſti ſui ærarii reparationem a Clero ſuo ducenta aureorum millia extorquere niteretur, hanc ob rem Clerus Gallicanus die vigeſima nona Maji Anno Salutis noſtræ milleſimo quingenteſimo octogeſimo quarto in oppido ſancti Germani de Pratis comitia agere cogebatur. Intererant ibi Borbonius Cardinalis Archiepiſcopus Rothomagenſis, Guiſius Cardinalis Rhemenſis Archiepiſcopus, Raynaldus Becnenſis Bituricenſis Archipræſul, præter Calaguritanum Epiſcopum, & Bargum Lugdunenſis Archiepiſcopi Deputatum, pluresque alios Nobilium Oratores: in hoc igitur conventu de Regis poſtulato actum, decretumque eſt, ut ad Regis petita perdemiſſe eidem exponatur, quatenus cum ſuo Clero mitius ageret, cum hic aliunde frequentibus adeo tributis plus æquo oppreſſus eſſet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN